

claraverunt et sponte confexi sunt coram nobis presentibus ibidem fratre Iohanne monacho Monasterii montis Sacri priore ecclesie sancti Iacobi de Melficta grangie dicti Monasterii procuratore ad infrascripta Venerabilis viri fratris Salomonis abbatis dicti Monasterii et Totius conventus Monasterii supradicti et fratre Nicolao de Barolo monacho eiusdem Monasterii priore ecclesie Sancti Iacobi de Barolo, grangie eiusdem monasterii, se et dictum procuratorem procuratorio nomine et pro parte ipsius Galgani et eundem Galganum tenuisse et possedissee ac tenere ac possidere eb eodem monasterio montis sacri, Omnia Bona stabilia ipsius monasterii et eiusdem ecclesie Sancti Iacobi de Melficta sistencia in melficta et pertinentiis eius in emphiciosim et sub certo annuo censu et sub certis aliis pactis et condicionibus in concessione ipsorum adiectis, prout hec et alia contineri dixerunt in puplico Instrumento inde confecto, Propter quod dicti dominus Guales et domina Adelicia eius uxor, Iacobus de henrivilla pro se et dictus Milachius procurator dicti Galgani procuratorio nomine et pro parte ipsius Galgani de voluntate comuni ac eorundem fratris Iohannis procuratoris *etc.* et fratris Nicolai prioris ecclesie Sancti Iacobi de Barolo nomine eiusdem monasterii ac voluntate ipsorum omnium concurrente Renuntiaverunt ipsis fratri Iohanni priori ecclesie sancti Iacobi de melficta *etc.* et fratri Nicolao priori Sancti Iacobo de Barolo recipientibus renunciationem eamdem vice nomine et pro parte eorumlem abbatis et conventus eiusdem monasterii et dicti monasterii predicta Bona sistencia in Melficta et pertinentiis eius que tenebant ab eodem monasterio sub annuo censu ut dictum est. Ita quod de cetero ipsi dominus Guales domina Adelicia eius uxor Iacobus de Henrivilla et Galganus de Marra et eorum heredes ad solutionem et prestacionem dicti census pro bonis eisdem debiti nullatenus tenerentur, ymmo sint exinde perpetuo liberi quietati et etiam absoluti transferentes ex causa renunciacionis ipsius eisdem fratribus presentibus omne ius omnemque actionem realem et personalem *etc.* Unde voluntarie dicti dominus Guales domina Adelicia eius uxor pro se Iacobus de henrivilla pro se et Milachius de Nicastro procurator dicti Galgani *etc.*, ipsa quidem domina Adelicia Iure francorum vivens promiserunt et convenerunt Guadium *etc.* quam quidem renunciacionem *etc.* convenerunt habere ratam firmam *etc.* Sub expressa ypoteca omnium Bonorum eorum *etc.* (*Idem fecerunt abbas et procuratores*) Et Renuntiaverunt ambe partes *etc.* beneficio restitutionis in integrum, Senatus Consultus trebelliani constitutioni de duabus dictis edictis in consilio generali singulisque aliis Iuribus *etc.* In cuius rei testimonium *etc.* Quod scripsi ego predictus Robertus puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Bartholomeus q. s. Iudex. (*Segno*).

† Thomasius de Marra Miles testatur.

† Ego Risus de Marra testisum (*sic*).

† Ego dopnus nicolaus de vicario testor.

† Ego dopnus francus de alefanto testor.

† Ego dompnus laky tranensis testis sum.

*A piedi si vede tagliata la « Notitia testium » del notaio.*